

Anno sexcentesimo vigesimo septimo ab vrbe condita hii cōsules Gallis transalpinis bellū intulerūt atq; eoz regi viturto infinitas multitudinē iuxta rhodanū fluiū interfecerūt. Veniq; cū viturt^o paucitatē romanorū vix ad escā canib^o quos in agmine habebat sufficere posse iactaret: et ipse. clxxx. milia armatorū hret: cōserta pugna a romanis supatus est. Ex cui^o exercitu partim in bello: partim submersi cū ponte: quē sibi iūctis nauib^o supra rhodanū extruxerāt. cl. m. perierunt. Præda extorquib^o galloz ingens sublata est: magnaq; gloria cōsules ambo triumpharūt. Ad. porcio Catone et Quinto marco cōsulib^o Marbone in galia colonia deducta est annoq; eodē Licinio metelloz quito lucio Sceno la cōsulib^o de dalmacia triumphatum est.

Ampore horum cōsalum iugurthe Numidarū regi bellū illatum est. Quō Aderbalē et Hiempsalem Adicipse filios fratres suos reges: et ppli romani amicos interenisset. Adicipse aduersus cū cōsul Calpurni^o bestia: qui corrupt^o regis pecunia pacē cū eo flagiciosa fecit. Et a senatu improbata est. Postea cōtra eūdē in sequenti anno Spurius albin^o posthum^o pfectus est. Is quoq; p fratrē ignominiose cōtra numidas pugnavit. Tercio missus Quintus ceclius Metell^o cōsul. Is exercitū ingētī seueritate et moderatione correctū: cū nihil in quēquā corruptum faceret ad disciplinā romanā reduxit. Jugurtā varijs prelijs vicit: Elephātes eius occidit vel cepit et multas ciuitates: et cū iam finē bello impositur^o esset: successus est ei a Caio mario. Is iugurtā et bochū mauritonię regem qui auxiliū iugurte ferre ceperat piter supauit. xx. milia armatorū ad internitionē cecidit. Tandē ante currū Marij iugurta cū duobus filijs duc^o est cathenat^o. Et mox iussu cōsulis in carcere strangulatus est.

Marius post victoriā iugurtinā secūdo cōsul fact^o est. Bellumq; ei contra Lymbros et Theutonēs decretū est. Tercio quoq; ei et quarto delatus est cōsular^o: quia bellū Lymbacū ptabebatur. Sed in quito cōsulatu collegam habuit Quintum lucanū catulū Cū priores cōsules a Lymbris et Theutonib^o et Ambromib^o que erant Germanorū et galloz gentes victi sunt iuxta flumem rhodanum. Timor Rome grandis fuit: quātum vix hannibalis tempe punicis bellis: cū Lymbrias itaq; cōflirit. Et ex duobus prelijs. cc. milia hostiū cecidit. xxx. milia cepit: interea Lymbri et Theutonēs quoz copia adhuc īfinita erat ad ytalīā transierūt. Iterū a Caio mario et Quinto catulo cōtra eos dimicātū est: sed a Catuli parte felici^o. Nam eo plio qd simul ambo gesserunt. c. xl. milia aut in pugna aut fuga cesa sunt. xl. milia capta. Romani milites ex utroq; exercitu. ccc. perierūt. Tria et triginta Lymbris signa sublata sunt: ex hīs exercit^o Marij duo reportauit. Catuli exercit^o. xxxi. Sed ab eozū mulierib^o grauiore pene q̄ ab ipis pugnas romani expti sunt: Hec etenim plaustris in modū castrorū depositis ipse desup ppugnantes diu obstitere romanis. Sed cū ab eis ipse nouo cedis genere terretur: abscis em cū crine ceruicib^o inhonesto satis vulnere turpes relinquebātur. Ferruz qd in hostes sumperāt in se suosq; verterūt. Nā missa ad mariū legatione cū libertatē ac sacerdotiū non impletrasset nec fas erat: suffocatis elisisq; passim infantib^o suis aut mutuis cōcidere vulnerib^o aut vinculis e crinibus suis facto ab arboribus iugisq; plaustrorū pependerit.

Anno vrbis condite sexcentesimo sexagesimo secūdo: primū rome bellū ciuile cōmotū est. Eodē āno etiam Mithridaticus: causam bello ciuili Caius marius series cōsul dedit. Nam cū Silla cōsul contra Mithridatē gesturus bellū (qui asiam et achaiā occupauerat) mitteret. Isq; exercitū in Campania paulisp teneret: vt belli socialis qd intra ytalīā gestū fuerat reliquie tollerent. Marius affectauit vt ipse ad bellum Mithridaticū mitteret. Quare Silla cōmotus cū exercitū ad vrbe venit. Illic cōtra mariū et Sulpiciū dimicauit: prim^o vrbe armat^o ingressus est Sulpiciū interfecit. Mariū fugauit. Atz ita cōsulib^o ordinatis in futurū annū Sneo octauio et Cornelio Cinna ad asiam pfect^o est. In tpe ipō dira pdigia visa sunt. Nam sub ortu solis glob^o igne^o regione septentrionis cū maximo celi fragore emicuit. Apud aretinos incōiunio cruoz e panib^o fluxit. Tum etiā oim generū animalia que inter hoies viuere solita erant: relictis stabulis pascuisq; cū balatu hinnitus mugituzq; miserabili ad silvas mōtesq; fugerunt. Nec moza p. hec graua prodigia bella ciuilia secuta sunt.

Linea Consulium romano-
manorum

Caius Cassi^o Longinus Sextus domi-
cicus Caluinus



Sapio
Masica

Calpurnius
bestia



Caius
Marius

Quintus
Catulus



Gneus
octavius

Cornelius
Cinna

